Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26139
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Periurus quia perpere iurat. idem male iurat. Periurus autem in iudicio
r. non habet. nam peiero et deiero dicimus. Preuaricator male
fidei aduocatus. qui ut inaccusando nocitura. ut indefen
dendo profitura pereat. aut inutiliter dubieque ponat mercedem
gratia licet corrumpit. Cicero. Quid enim tam puarum. idem ualde
uarum. Pellax dolosus. et fallax apelle. idem multum. foris enim
ut fallat arridet. et nequitiam intus gerit. Profanus quasi
porro a fano. sacris enim illi non licet intrare. Parricida proprie
dicitur interfector parentis quamuis quidam ueteres hoc parenticidam
dixerint qui hominem occiderat. cum parricidium et homicidium
inquocumque intelligi possit cum sint homines hominibus pares.
Persecutor non semper pro malo intelligitur. unde et persecutor perfecte
secutus. Publicanus est qui uectigalia publica exigit. ut qui
publica negocia seli ut lucra sectantur. unde et cognominati
sunt. Peccator apelice idem meretrice uocatur. quasi pelicator.
quod nomen apud antiquos tantum flagitiosum significabat. postea
transiit hoc uocabulum in appellationem hominum iniquorum.
Prostitutae meretrices a prosedendo in meretorius et fornicibus.
Pelex apud grecos proprie dicitur. a latinis concubina. dicta autem a fallacia
idem uersutia subdolositate ut mendacio. Procuruus quasi pro
longum curuus. Pauidus est quem uexat trepidatio mentis. hic
cordis pulsationem cordis motum. nam pauere ferire est. unde et
pauimentum. Petre autem et rupes. a duritia saxorum nominantur.
Pusillanimis a pusillo animo. Pusillus a pusione. Petulcus
dicitur ab appetendo. unde etiam et meretrices petulcas uocamus.
Pisinnus productus. Pellicanus uir sesuo. solitudini dedit.
Questor a querendo dictus quasi quesitor. Questuosus
querimoniosus. querulus quia querelam infert. Quietus quod
sit ipse sibi animo securus. neminem tangens. Religiosus aut